

ritum (si sunt personæ singulares) aliquod tem-
 172. porale pro religionis ingressu. Secundò est
 suspensio Capituli seu Conventus, si consen-
 serit in hanc Simoniacam receptionem. *Ex-
 travag. 1. de Simon. int. comm.* quæ tamen
 suspensio non est ab Ordine vel exercitio Or-
 dinis, sed ab usu & exercitio iuris Capitularis,
 quod in iurisdictione vel administratione Ec-
 clesiæ, & actibus ad Capitulum pertinentibus
 consistit.

173. Tertiò: Simoniacè ingressi debent ab hoc
 in aliud arctius Monasterium detrudi. *Ex-
 travag. sanè 1. de Simon.* quæ tamen ante
 sententiam Iudicis non incurritur, sicut nec
 ante ipsam professionem. *cap. de regalibus.*
 25. *cod.*

174. A prædictis poenis quidem immunes sunt
 Moniales, uti suprà retuli, non tamen semper
 à scandalo & vitio avaritiæ, si abundant divi-
 tiis, & tamen sub titulo honestæ sustentationis
 ab ingredientibus dotem exigant, vel de
 super cum ijs pacificentur.

175. Meminisse eas autem velim illius senten-
 tiæ Divi Hieronymi, quam Dionysius Richel
 lib. 1. art. 16. affert his verbis: *Detestabi-*
lem heresim Simonie, quam communi pravi-
tate diaboli Moniales assuetæ commit-
tunt, etiam in auditu horreat vestra socie-
tas. Giezi & Simonis vos terreat pravi-
tas. Vox Petri Vicarij Christi nunquam
excidat de auribus vestris: pecunia tua te-
cum sit in perditionem, existimas enim do-
num Dei haberi pecuniâ, Communis Mer-
catorum usus habet, ut venditio commute-
tur in melius; asserit namque Simonia-
cus, pecuniam esse præstantiorem donò
Dei: cum illam commutat in ipsam: ad
vos venientes sorores ad Christi suscipite
nuptias gratis: præponatur sanctitas pe-
cunie, exquiratur bonitas vite, non gene-
rositas carnis, non utilitas mundi, nulla
omnino pactio, nulla opinio, æstimatio, seu
intentio de pecunia danda præveniat, & re-
ceptionem præcedat, quæ pactio seu opinio
puritatem mentis perturbat. Hæc ille. Ubi
 licet damnetur directè tantum pretium pro ip-
 so ingressu, indirectè tamen etiam eliditur mo-
 nialium avaritia, quæ tamen aliquatenus evi-
 tari poterit, si de dote ingredientis cum paren-
 tibus vel consanguineis ita pacificentur Mo-
 niales, ut tam noviter recepta, quam Monia-
 les recipientes vi pacti renuntient omni futu-
 ræ hereditati; quæ nemo censeri debet ava-
 rus, si quis sub onere, & non gratis remittat, vel
 donet, quod iuste retinere potest. *Gloss. in*
cap. ex parte. 10. Verb. prodigalitat. de
consuetud.

176. Ad nostrum redeundo forum, materiâ-
 que Electionis ad dignitates, & beneficia Ec-
 clesiastica, è numero poenarum prima est ex-
 communicatio: huius in electionibus se re-
 um facit non is solummodo, qui sibi ipsi vo-
 tum Simoniacè procurat, aut ab alijs scienter
 R. P. Redn Tom. II.

procurari permittit; sed etiam omnis ille, qui
 quomodocunque, directè vel indirectè, votum
 alicui Simoniacè dat, vel dari procurat, in
 quo prædicamento stant non Electores dun-
 taxat, sed etiam procurantes, commendantes,
 mediatores, & unò verbò omnes illi, qui su-
 am operam interponunt, ut electio Simonia-
 cè fiat. *Extravag. cum detestabile, de*
Simon.

Pœna secunda est nullitas electionis ipsò 177.
 factò (idem est de collatione, provisione, ac-
 ceptione beneficij, Simoniacè factâ) ita ut
 electus nullum penitus ius ex tali electione
 consequatur, nec fructus lucrari, aut suos fa-
 cere possit, quin potius à contrario, ut di-
 gnitatem, ad quam electus est, sub gravi cul-
 pa dimittere, & fructus, si quos percepit, res-
 tituere teneatur. *cap. Matthæus. 23. de Si-*
mon. Extravag. 2. § per electiones, cod.
int. comm. cap. ea quæ. 5. caus. 1. quæst.
3. cap. cum Clerici. 6. de pact. etiam si ab
 alijs fuerit commissâ Simonia, sciente & non
 contradicente electò seu provisò, *cap. nobis.*
27. cap. sicut tuus. 33. cod. imò nullitas ele-
 ctionis sequitur, si electus sciat & contradicat
 quidem procurantibus Simoniacè pro se vo-
 ta, nihilominus verò in electionem ab alijs
 Simoniacè procuratam consentiat, & hoc in
 detestationem huius criminis, nisi forsan con-
 tra expressam protestationem aliquid ab ini-
 mico in fraudem electi datum sit. *cap. ex*
insinuatione. 26. cap. nobis. 27. & cap. sic-
ut. 33. cod. ne quis odiò alterius prægra-
 vetur. *leg. si quis suo. Cod. de inoff. testam.*

Pœna tertia est inhabilitas perpetua Electi 178.
 ad eandem dignitatem, & ad alias acquiren-
 das, id est, is, qui vel semel ad Episcopatum,
 v. g. Simoniacè electus est, non tantum illius
 honore privatus censetur ipsò factò, *Extra-*
vag. cum detestabile, de Simon. ibi: *ut ele-*
ctiones, presentationes, collationes & aliæ
provisiones beneficiorum per Simoniam rea-
lem factæ sint irritæ, & nullum ius tribu-
ant, & ut provisus fructus non faciant suos
&c. sed etiam exinde perpetuò ita inhabilis
 redditur, ut nec illum Episcopatum, nec aliud
 beneficium amplius acquirere valeat, nisi
 dispensetur cum ipso; ita expressè statuit Pi-
 179.
 us V. in Bulla, quæ incipit: *cum primum:*
ibi: qui dignitates Ecclesiasticas Simonia-
cè adquisierit, illis sit ipso iure privatus,
& in futurum inhabilis ad eas, & quas-
cunque alias obtinendas. Qui beneficium
aut officium Ecclesiasticum Simoniacè ad-
ceptus fuerit, illis similiter sit ipso iure pri-
vatus, & ad fructuum omnium, quos per-
cepit, restitutionem teneatur, & perpe-
tuo sit inhabilis ad ea, & quæcunque alia
beneficia Ecclesiastica obtinenda. Ita ille.

Quarta pœna est privatio dignitatum & 180.
 beneficiorum prius etiam ritè obrentorum.
cap. Presbyter. 3. caus. 1. quæst. 1. non ta-
 men ante sententiam Iudicis ex vulgari prin-
 cipio,